termino ipsi sententie exequendae sibi vero et parti motionis et
causae suae prosequendae inter causas pallatinas lublin. figendo.
Quam motionem Magnificus Dominus Capitaneus lublin. actori ad-
misit terminum parti modo premisso inter causas pallatus lublin. con-
servando.

Inter Gano et Ostrowski Moti

Proposuit iudicialiter coram presenti Capitaneatus Castren. lublinen. iudicio
Instigator officii praesens et Nobilis Andreas Gano delator actor parte
contra Nobilem Andream Ostrowski citatum litteris eiusmodi.
Joannes Firley de Dembrowica Capitaneus lublin. etc. Tibi Nobili Andreae
Ostrowski in Lesnik sorti tuae haereditariae debitis ac aliis omnibus bonis tuis
mandamus vigore regio et nostro capitaneali ex officio ut coram nobis seu iudicio
nostro capitaneali Castren. lublinen. in terminis iudicialibus feria secunda ante
festum Purificationis Beatae Mariae Virginis proxime ventura in Ca-
stro lublinen. celebrandis vel ipsis deficientibus tamquam in proxime venturis Ad
instantiam Instigatoris officii nostri tum et Nobilis Andreae Gano delatoris
actoris personaliter peremptorie compareas qui te citat ad banniendum et de regno
pollonie dominiisque eius annexis proscribendum ideo quia tu eris inveni-
ctus in causa ad instantiam Capitaneatus Castren. lublin. per te Nobili Joanni
Grochowski super summam centum quadraginta florenorum pollon. facta
ac tandem per praedictum Grochowski in personam actoris actis Castren.
lublinen. transfusam pro vadio similis summae centum quadraginta
floren. pollon. ob non solutionem eiusdem summae assentis debiti pro loco
et tempore in eadem inscriptione expressis ad solvendum succubuisti praesu-
causae istius latius canente rei iudicate non minus satisfacere nempe
rumationem tuam de bonis tuis omnibus villae Lesnik et in eadem
intromissionem vigore lucrorum et perlucrorum vadiorumque triplicatorum
super te et bonis tuis omnibus in officio nostro obtentorum et productorum
noluisti et non minus admittere. Citamus itaque ad videndum et audiendum

Contra te bannitionem decerni et per mem publicari ad omniumque noticiam deduci ad premissa iudicio pro rigueris Datum in castro Lublin feria quarta ante festum Sancte Agnetis Virginis proxima Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo.

Et post propositionem suam modo premisso factam idem actor deducto citato termino et contentis cittationis sue coram iudicio per eundem ad judicialem responsionem compelli reservatis reservandis.

Ex contrario citatus reservatis sibi omnibus iuris defensis ab ignorantia asserti processus dixit processum predictum iniuriose non servatis gradibus iuris esse super se obtentum. Sic ex rombo quia inscriptio ad quam est productus non est ad acta proprij districtus per oblatam porrecta. Tum quia una eademque die denegate intromissiones sunt recognite ac cittationes ratione denegationis pro ulteriori processu obtinendo ut actor habere vult posite. Adhec quia cittationes nusquam citato ad noticiam suis deducte. Nam in aliena tenuta bonaque in quibus cittationes posite et intromissiones acceptate sunt. iure apud Generosum Procopium Osolinski haerent. quare his deductis processum nulliter esse obtentum declarari et se ab eoque liberari petijt.

Actor vero refutando exceptiones citati deduxit judicio per oblatas inscriptionis ad acta proprij districtus non esse necessaria si quidem in uno pallatinatu ubi bona citati consistunt inscriptio est recognita Intromissiones quoque sunt recognite non una die [illegible] iudicio demonstravit. quod si etiam et una die tam intromissiones quam et positiones citationum recognite erant. id eum minime iuvare potest. siquidem hoc in arbitrio actoris erat. Cittationes quoque in bona citati mittis ponebat. quoniam socius [illegible] docet. in bonis citati ponere non in bonis alienis. petens ut judicium praesens bene obtento processu adinvento eidem procedere decernat.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense Cartionis [illegible] partium actore personaliter citato vero per nobilem Adamum Radoszowski plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis bene obtentum processum esse adinvenit et citato ulterius procedi decreuit.

Quam sententiam et decretum primo [illegible] parte citata pro iure non suscepit nec in eo acquiescere noluit verum ab eo et eudem Magnificum Joannem Firley a Dambrowica Capitaneum Lublinensem ad judicia ordinaria generalia Tribunalis regni Lublini pro tunc cellebranda per ministerialem generalem regni providum Andream [illegible] monuit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas pallatinatus Lublinensis [illegible]

Quam motionem Magnificus Dominus Capitaneus Lublinensis parti citatae admisit terminum partibus [illegible] inter causas pallatinatus Lublinensis conservando.

Inter Zaliwskie et Męczinski Appellatio.

Proposuit judiciarie coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi judicio Instigator officii praesentis et Generosi infrascripti Zaliwscy dellatores actores contra Generosum Andream Męczinski citatum citatione eiusmodi.

Joannes Firley a Dambrowica Capitaneus Lublinensis Tibi Generoso Andreae Męczinski filio olim Magnifici Andreae Męczinski Castellani Wielunensis de bonis tuis generaliter omnibus mandamus vigore regio et nostro Capitaneali ex officio ut coram nobis seu judicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in terminis judicialibus feria secunda ante festum Purificationis Beatae Mariae Virginis proxime ventura in Castro Lublinensi cellebrandis vel ipso deficiente tandem in proxime venturis Ad instantiam Instigatoris officii nostri tum et Generosorum [illegible] Floriani Joannis et Stanislai Zaliwskich filiorum olim Generosi Andreae Zaliwski [illegible] Compareas qui te citant ad banniendum et de regno pollonico proscribendum ideo quia tu existens in dominiis [illegible] eidem anne xis proscribendum [illegible] convictus in causa ad inscriptionem Conventionalem regni Generalem in